

Theodor Varmerier Jacob Varmerier

Disputatio Iuridica De Muneribus, Personalibus, Realibus, Et Mixtis, Eorumque Praestazione Et Vacatione

Rostochi[i]: Pedanus, 1621


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730896501>

Druck Freier  Zugang



Th. Varmeer (J. Varmeer)

R. U. n^o 1621.



DISPUTATIO JURIDICA
DE
MUNERIBUS,
PERSONALIBUS, REA-
LIBUS, ET MIXTIS, EORUMQUE
PRÆSTATIONE ET VA-
CATIONE.

Qua
ASPIRANTE

Divini Numinis Gratiâ,
CONSENTIENTE

*Amplissimâ incluzæ Academia Rostochiensis
Facultate Juridicâ,*


PRÆSIDENTE
THEODORO VARMEIER
J. U. D.

RESPONDENTE
JACOBO VARMEIER
Osnabrug. Westph.

Publicæ disquisitioni,
ad d. 11. Aprilis, in auditorio Majori, horis matutinis,
subjicietur.

ROSTOCHI
Typis JOACHIMI PEDANI, Anno M. DC. XXI.

*atissima et humanissima Viri Dn. Eberhardus Dicmannus J. U. Candidatus
summi, copulata ac fructu colendum et amandum ad hanc Dissertationem
fuerunt veramurter invitatum. Sicut Jacobus Varmer*



DISPUTATIO JURIDICA
DE
MUNERIBUS,
PERSONALIBUS, REA-
LIBUS, ET MIXTIS, EORUMQUE
PRÆSTATIONE ET VA-
CATIONE.

Quæ
ASPIRANTE

Divini Numinis Gratiâ,
CONSENTIENTE

*Amplissimâ in clusâ Academia Rostochiensis
Facultate Juridicâ,*

PRÆSIDENTE
THEODORO VARMEIER
J. U. D.

RESPONDENTE
JACOBO VARMEIER
Osnabrug. Westph.

Publicæ disquisitioni,
ad d. vi. Aprilis, in auditorio Majori, horis matutinis,
subjicietur.

ROSTOCHI
Typis JOACHIMI PEDANI, Anno M. DC XXI.

*Præsertim et humanissimum Virum Dr. Eberhardum Dicmannum 3u Candidatum
meritissimum, epistolas ac fratrem celebris et amantem ad hanc Disputacionem
collationem veramenter invitatum fuit. Jacobus Varmer*

A D
Reverendissimum, & Illustrissimum Principem, ac Dominum,
DN. PHILIPPUM
SIGISMUNDUM,

Osnabrugensium & Verdensium Episcopum, Halber-
stadensium Præpositum, Brunsvicensium &
Lunæburgensium Ducem,


IUSTITIÆ DEFENSOREM, PACIS CONSERVATOREM,
MUSARUM ANTISTITEM, PATRIÆ PATREM,

Principem ac Dominum suum Clementissimum,
humilima προσφώνησις

JACOBI VARMEIERI Jun. Osnab. VVestph.
Auth. & Resp.


INCLUTE DUX, Patriæ quem Calice Numina Genitæ
OSNABRUGIACÆ, ter denos circiter annos,
Donâdere, sacris precibus, votisq; petimus:
Leta reviviscens, TE PRÆSULE, subdita tollua
Et genus, amissamq; comam, Pacemq; fugatam
Repperit, ac pulcras felix est nacta figuras.
TE DUCE, Sancta FIDES, PIETAS, THEMIS, optima mundi
Lumina, GUESTPHALICAM sustentant germine gentem;
Sacraq; Fanorum Divini pulpita Verbi
Rore fluunt, docilesq; crepant pia dogmata Ludi:
Atq; Tuam DOMINI PIETAS tenet ardua mentem.
Non, licet eloquio fidum quoq; Nestora vincam,
In TUA (sat lingua manaret NUMINA fervor;
Nec mea vota tuis equare Favoribus amplis
Pronaqueam, quos larga mihi, quos larga Parentis,
Germanisq; tua concessit Gratia Dextræ.
O utinam longos sic, PRÆSUL, fausta per annos
Sceptra geras! splendens floreret Patria tellus.
Vive diu, PRINCEPS, sacratâ mente coruscans;
Vive diu, PRINCEPS, sanato corpore fulgens.
Vive Tuis semper subjectâ mente colendus;
Et placidus nostras operasq; precesq; dicat.
INCLUTE DUX, humiles, Clementi respice Vultu.
Sic tua præcelsæ cantabo nomina fama,
Grataq; Musa Tuum spirabit gutture Numen.





PROOEMIUM.

Quoniam usu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humana jura quaedam sibi constituerunt, & generi mortalium, in certas, ac circumscriptas multitudines, & congregationes redactō, legitimi Magistratus praefici ceperunt, ita ut nulla ferē gentes sint, quin potestati, imperiove Superiori subjiciantur; sed nec à tali subjectione, ullā temporis praescriptione liberentur: ut ad hujusmodi multitudinum, & Magistratuum conservationem & propagationem, certa Munera ac Onera, tam Personis, quàm Rebus subditorum imponerentur, idem usus & necessitas flagitarunt. Nulla enim Civitas, aut regio, nedum universum Imperium, sine ejusmodi muneribus, qua nervi & ornamenta belli, pacis, & Reipubl. sunt, subsistere potest. Licet autem varia sint Munerum genera, quibus praestandis homines subjugantur: non tamen indistinctē, omnes omninō persona muneribus & oneribus subjacent; sed nonnulla, vel ipso jure, ex veris & probatis causis excusationem, vel vigore privilegij, immunitatem habent. Quare, non intempestivē, nec abs re nos facturos, putamus, si de varijs Munerum significationibus, distributionibus, impositionibus, & vacationibus, deq; personis Munera imponentibus, aut justē recusantibus, breviter, quantum hujus materiae amplitudo patitur, impraesentiarum agamus. & veritatem, qua exagitata magis in luce splendet, disputationis actu, ceu Veritatis cribro, indagemus, materiamq; Munerum intricatam, & perplexam, disquisitioni publicae, à qua dubia rectius perspiciuntur, subjiciamus.



Thesis I.



Munerum Civilium materiam tractaturis, in ipso frontispicio, triplex vocabuli **MUNERIS** significatio notanda occurrit. **MUNUS** enim uno modo **DONUM**, altero **ONUS**, tertio **OFFICIUM**, idq; **PUBLICUM**, *l. pupillus 239. §. munus 3. de verb. sign. significat, l. munus 18. d. 1. MUNUS* in altero significato, qualiter hic potissimum cum *Wesemb. par. de mun. & honor. n. 1.* accipimus, definitur **ONUS**, quod necessario subimus, lege, more, imperiove eius, qui iubendi potestatem habet. *l. munus. 214. d. 1. de V. S. Iason in l. plaser. 5. C. de SS. Eccles. n. 1. in lectur. 1. Christ. VVintzl. tr. de Collect. decis. 4. n. 15.*

II.

Distributio Munerum itidem triplex est. Alia namq; Munera sunt Personalia, alia Realia, alia Mixta. *l. 1. in pr. & l. fin. in pr. de mun. & honor. Iason d. n. 1. Wesemb. par. de mun. & hon. n. 2. Rosenth. de feud. cap. 5. conclus. 73. n. 2.* **PERSONALIA** sunt, quæ cum corporis labore, & solitudine animi, ac vigilantia principaliter existunt. *d. l. 1. §. illud. 3.* vel quæ animi provisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento, perpetrantur. *d. l. fin. §. 1.* **REALIA** in quibus sumptus præstantium maximè postulatur. *d. l. 1. §. 3.* quæq; sumptibus patrimonij, & damno administrantis expediuntur. *d. l. fin. §. 18. Egid. Thomaz. tr. de Collect. fol. 33. n. 10.* **MIXTA** sunt, quæ partim animi corporisq; intentionem, partim sumptus exigunt. *d. l. fin. §. mixta. 26. & seq. de mun. & honor.* Ad posteriora hæc munera, operas rusticorum, Germanis Fronen dictas; refert *Wesemb. par. d. 1. in fin.* Quorum varia genera recenset *Frider. Husan. tr. de homin. propr. cap. 6. num. 52. & seqq.*

PER-

III.

PERSONALIA Munera rursus in triplici sunt differentia. Quædam enim annexam habent dignitatem, & **HONORES** appellantur; ut est administratio Reipubl. cum dignitatis gradu, sive cum sumptu, sive sine erogatione contingens. *l. honor. 14. in pr. de mun. & honor.* Quædam verò **SORDIDA** sive **VILIA** dicuntur, quæ solo corporis ministerio conficiuntur, & proinde vilioribus personis conferuntur; ut conficiendi pollinis cura, aut panis excoctio, aut obsequium pistrini, vel parangariarum præbitio, &c. de quibus *in l. maximarum. 12. vers. sordidorum. C. de excusar. mun. l. fin. ff. de jur. immunit.* à quorum præstatione, in dignitate aliqua constituti, excusationem habent. *d. l. 12. Rosent. de feud. d. cap. 5. conclus. 72. n. 2.* non tamen ad heredes, successoresve eorum talis excusatio extenditur. *l. sordidorum. 13. C. d. 1. de excus. mun.* Quædam deniq; munera Personalia dicuntur **MEDIA**, quæ neq; dignitatem, neq; sorditatem annexam habent; quorum mentionē facit *in l. 1. §. 2. & l. fin. §. 1. usq; ad 18. de mun. & honor. Iason in d. l. placet. C. de SS. Eccles. n. 2.* Et hæc munera Personalia trium generum, forensibus imponi nequeunt. *l. 4. C. de incol. Gaili. 2. obs. 52. n. 5. 6. 7. & 8.*

IV.

Annexam dignitatem habentia Munera Personalia in Magistratibus gerendis, & circa Remp. administrandam consistunt. *d. l. 14. in pr. de mun. & hon.* Quorum usus inde cæpit, quòd civitate Romanâ, hominum adjectione auctâ, plebs & populus difficilimè in unum potuerint convocari. *§. SCIm. 5. Inst. d. I. N. G. & C.* Eorumq; in Reipubl. Romana varia genera fuerunt. Hodiè verò immutatâ Reip. Rom. formâ, suos quæq; Civitas, & Universitas peculiare habet Magistratus, qui administrandæ Reipubl. præfunt, & Collegium constituunt, quiq; leges municipales, & statuta localia condendi potestatem habent. *l. non ambigitur. 9. de LL. Vesemb. par. eod. n. 3.*

V.

In Magistratibus eligendis, imprimis consideranda sunt, persona ejus, cui defertur honor, sive muneris administratio; item origo natalium, & facultates, an sufficere oneri injuncto possint. *d. l. honor. 14. §. 3. de mun. & honor.* Unde sequitur, ad Magistratum

honores gerendos, non admittendos esse minores 25. annis. *per text. in l. 8. d. c. Petr. de Ubald. tr. de Collect. n. 49 & seq. neq; origine natalium laborantes, utpote spurios, & illegitimè natos, maximè si legitimòs competitores habeant, l. 3. §. 2. de Decurion. nec pauperes, vix de suo victum sustinentes, l. rescripto. 6. in pr. de mun. & honor.*

VI.

Munera, five Honores Magistratuum gradatim, ita ut à minoribus ad majores perveniatur, sunt deferendi, *c. un. de Cleric. per salt. promot. c. 2. de eo qui ordin. serviv. suscep. c. 2. dist. 59. l. ut gradatim. ii. in pr. l. 14. §. 5. de mun. & hon. l. 1. l. 2. C. ut dignit. ord. serv. l. 8. C. de advoc. divers. judicum.* A quo tamen ita receditur, cum insignis alicujus probitas, rerum usus, & peritia, nec non egregius erga Rempubl. tuendam amor, & ardor appareant: quo casu, legum gratiam fieri, & præteritis Senatorum dignitatibus, ad Consulatus honores, ejusmodi benè cupientes, & peritos viros evehi posse, putamus, *cum Ioan. Avenar. quest. Nemicopol. 44. in fin.*

VII.

Ad hujusmodi munera subeunda, etiam inviti non solùm eliguntur, sed &, certo tamen modo, & respectu, coguntur *l. si quis. 9. l. 14. §. 4. & 6. de mun. & hon. l. Lucius. 21. in pr. ff. ad municip.* Imò statutis Lubecensibus, nemo officium Consulis, aut Senatoris, sub penà amissionis habitationis in civitate, & decem marcarum auri puri puri, recusare potest. *lib. 1. tit. 1. art. 6.* Quod & jure Saxonico obtinet. *Landrecht lib. 1. art. 55.* ita, ut qui juraverit, se non fore Magistratum, vel suscepturum Reip. officium, non obstante juramento, Magistratu fungi possit. *per l. fin. in pr. ff. d. t. ad municip. Hering. de fidejuss. c. 1. n. 71.*

VIII.

MEDIA munera Personalialia sunt duplicia: Publica vel Privata. PUBLICA sunt, rerum ad civitates pertinentium variæ administrationes, *in l. fin. §. 1. & aliquot seqq. de muner. & honor.* & passim alibi, in jure expressæ. Ex quibus potiora sunt: LEGATIO, SYNDICI OFFICIUM, & JUDICANDI NECESSITAS. Quæ munera licet dignitatis omninò non sint expertia: ad horum enim præstationem non infames, sed probatæ vitæ, & morum integerrimi

gerrimi eliguntur; non tamen, sicut Honores Magistratum, cum insigni, & præ eminenti dignitatis titulo geruntur. *l. honor. 14. in pr. & §. 1. de mun. & honor.* PRIVATA sunt, TUTELA & CURA *VVesemb. par. d. tit. de muner. n. 4.*

X.

LEGATIO, prima munerum personalium publicorum species, definitur munus personæ publicæ, sacratione nomine, ad Principem, vel Remp. sine imperio, rei dicendæ, agendæq; causâ missæ. *Schonborn. lib. 3. politic. c. 27.* Species Legationum variæ, ex varijs causarum generibus desumuntur, quibus negotia tam tempore pacis, quàm belli, ad summam Reipubl. pertinentia, comprehenduntur. Ii verò Legati, qui ad denunciandum bellum mittuntur, Feciales & Araldi appellantur. *Schonb. d. loc.*

X.

Circa Legationis munus consideranda sunt: PERSONA, OFFICIUM & PRIVILEGIA. PERSONA Legati imprimis fidelis requiritur, *Proverb. cap. 13. v. 18.* tum & insigni prudentiâ, famâ & vitâ honoratiore commendatissima. Non enim ij, quibus postulandi jus non est, legatione fungi possunt. *l. sciendum. 4. §. 1. de legation.* Quin & dorophagia à Legatis procul esse debet. *l. 6. §. 3. de offic. Proconsul. Schonb. d. lib. 3. c. 28.*

XI.

OFFICIUM Legati in eo consistit, ut quàmprimùm Principis, vel Magistratus sui scriptum, quod vulgò Literas Credentiales vocant, exhibeat. *l. 5. C. de jur. fife. l. 1. C. de mandat. Princip.* & ut nihil, præter negotium sibi commissum, agat, neq; alienis, neq; proprijs rebus, unde impediri legatio possit, sese immisceat. *l. Paulus. 8. de legation. VVesemb. par. eod. n. 5.*

XII.

Utrùm verò Legatus mandatum Principis, aut Magistratus, ad eò strictè servare, nec ab eo recedere teneatur, ut, si præter id, aliquid de novo emergat, quod è re Domini sui esse videatur, aliud mandatum, vel consensum expectare debeat, quærirur? quod affirmandum putamus *arg. l. 5. in pr. ff. mand. l. 11. §. 5. de instic. act.* nisi mandato vel instructioni inserta sit generalis clausula: RELIQUA COMMITTIMUS TUE PRUDENTIÆ; quo casu liberior potestas

potestas Legatis indulgetur. Tutius tamen, etiam in hoc casu foret, ut Legatus, si tempus, & occasio ferant, super novâ & incidenti causa, Committentem consulat, ne, si res aliter opinione cadat, ipse in honoris, vitæ, aut bonorum jacturam, & periculum, ob non archè servatum mandati officium abducatur, monente Gail. *de pac. publ. c. 4. lib. 1. n. 30.*

XIII.

PRIVILEGIA Legatorum sunt varia. Primum est **JUS DOMUM REVOCANDI** *l. 2. §. legat. 3. de judic.* Quod tamen accipiendum est de Legatis, qui ante legationem alicubi contraxerunt, ut ibi postea in Legatione reperti, conveniri nequeant, *d. l. 2. §. 3. & 4. vers. ceterum. l. 8. d. t. de judic.* Secus, si tempore legationis contraxerint: ibi enim eos conveniri oportet. *l. 25. & seq. l. 28. §. 1. l. cum furiosus. 29. §. 1. d. t. vel si perfectâ legatione contractum celebraverint, d. l. 2. §. 4. vers. planè.* aut deniq; si in legatione delictum commiserint: quod ibi punitur ubi commissum est *l. non aliàs. 24. §. 1. d. t. de judic. Cujac. ad d. l. 2. §. 3. eod. Heig. part. 2. q. 11. n. 17.*

XIV.

Alterum Legatorum privilegium est **SANCTITAS**, sive ab Injuria immunitas, *l. sanctum. 8. in pr. & §. 1. de rer. divis.* Quò enim jus Legatorum vetustius, eò est venerabilius. Quod adeò extensum est, ut & Legati hostiam, citra injuriam jurisgentium, violari nequeant. *l. fin. de legation.*

XV.

Tertium est sumptuum ad legationem pertinentium suppeditatio, qui propriè **LEGATIVUM** dicuntur *l. fin. §. legati. 12. de muner. & honor. l. 2. §. fin. de legation.* quibus & sumptus ad recuperandam sanitatem impensi annumerantur. Unde quæritur: an Legato vel Ambassatori in itinere capto, vel derobato aut damnum passò, jactura sit resarcienda? Quam quæstionem ita conciliamus: ut si ambassata procurata non sit, & Ambassator portaverit secum res ad Legationem necessarias, ad earum ablatarum restitutionem, agere possit. *l. sicut. 7. in pr. ff. quod cujusq; univers. nom.* si res non necessarias, veluti plures equos, quàm deberet, damnum non reposit. *arg. l. inter. 26. §. non omnia. 6. ff. mandat. Schneid. ad §. rursus. n. 60. Inst. de action.* Adeò verò Legativum debetur Legatis, ut, quan-

quantumvis gratuitam legationem susceperint, nihilominus de-
beatur, *l. 2. §. fin de legation.* quod & defuncto in itinere legato,
ad heredes ejus, cum honorarijs, intuitu legationis acquisitis,
transire, ait *Wesemb. par. eod., n. fin.*

XVI.

Quartum Legatorum privilegium, est à MUNERIBUS, ETIAM
POST BIENNIUM, VACATIO, *l. filius. 7. l. Paulus. 8. §. 1. de le-
gation.* quod & ad munerum realium immunitatem est porrectum.
l. à legatis 8. C. de vectigal. Ordnung des Regiments zu Augspurg/
anno 1500. §. item sollen Churfürsten/ vnd Fürsten. Cammergerichte
Ordnung *part. 1. tit. 49. Sixim. de Regalib. lib. 2. c. 6. n. 113.*

XVII.

Secunda species munerum personalium publicorum, est OFFI-
CIUM SYNDICI, persona videlicet publicæ, quæ communi Uni-
versitatis mandato, causas & lites ejusdem administrat, curat, &
persequitur, *l. 1. §. 1. quod euj. univers. nom.* Cujus in Republ. utilitas
& necessitas in eo est, quod res communes alioquin facile negle-
ctui forent, nisi certus his procurator publicus præficeretur, qui
& universitatis nomine ageret, & eandem adversus cunctos de-
fenderet, ne bona communia, ob rem non defensam, possideren-
tur. *Wesemb. par. eod. n. 8.* Et eliguntur Syndici, qui non naturâ, a ta-
te, sexu, aut lege prohibentur. *De quib. Wesemb. d. loc. Emer. à
Rosbach. prax. civil. tit. 12.*

XVIII.

Objectum Syndici, circa quod versatur, sunt omnes Reipubl.
res & negotia, non modò civilia, *l. pen. & ult. quod euj. univ.* sed &
criminalia, *Damboud. prax. Crimin. c. 24. n. 2. Gal. de pec. publ. lib. 1.
c. 10. v. 11. & lib. 2. c. 9. n. 3.* Unde res, & bona civitatum obligare
potest, *l. si is qui. 11. in pr. de pignor.* adhibito tamen & concessio ad
id, mandato speciali, *l. 3. §. planè. 4. ff. quòd vi aut clam. Gothof. ad
d. l. 11. in pr.* & re in utilitatem civitatis versâ. *l. civitas. 27. de reb.
cred.*

XIX.

Idq; in tantum procedit, ut & Syndici Civitatum Imperia-
lium, non verò municipalium, in obligationibus censuum, &
redituum, in *Guld vnd Zinsverschreibungen /* singulorum civium
B bona,

bona, in defectum solutionis annuarum pensionum, vel sortis, sub pœna Repraesentiarum, obligare possint, dummodò de speciali, ad obligandam civitatem, ejusq; civium bona, mandato constet, & quòd pecunia in utilitatem Reipub. versa sit, doceatur. *Gail. de arrest. c. 9. n. 1. 2. 3.* Quòd tamen ad obligandas civium personas, ut ubiq; prehendantur, & donec creditori debitum solvatur, arrestentur, extendi nequit, *Gail. d. c. 9. n. 7. & seq. Gottof. ad. l. 7. §. 1. ff. quòd euj. univ. nom.*

XX.

Finitur officium Syndici Revocatione, sicut aliud mandatum procuratorium, *l. item. 6. in fin. quòd euj. univ. nom.* nec non exacto & elapso constitutionis tempore, *l. 3. de procurat.* & morte Syndici, non etiam civitatis, cujus nomine est constitutus. Universitas namq; semper vivere & nunquam mori, intelligitur, *l. an usufructus. 56. de usufruct. l. proponebatur. 76. de judic. Rosbach. prax. civil. d. tit. 12. VVesemb. par. quòd euj. univers. nom. in fin.*

XXI.

Tertia munerum publicorum personalium species est, **JUDICANDI FACULTAS**, ex causarum & litium, quibus quælibet respub. abundat, multitudine, ortum trahens, in eum directa finem, ut jus suum quisq; consequatur, *pr. Inst. de act. & privatorum ultio aboleatur. l. nullus. 14. C. de iudic.* Ad cujus muneris functionem, de jure civili, omnes, tam in potestate, quam sui juris constituti, nisi naturâ, lege, aut moribus prohibeantur, admittuntur, *l. cum Praetor. 12. de iudic.* Jure Saxonico, decem requisita, & quatuor virtutes, in Judice conjunctim requiruntur; de quibus eleganter *glôss. Juris Saxon. lib. 1. Landrecht art. 55. §. fin.*

XXII.

Modus Judicij exercendi, in **ADEUNDO**, **COGNOSCENDO**, & **JUDICANDO** consistit. **IN ADEUNDO**: ut quidem se facilem præbeat Judex, sed contemni non pariat, *l. observandum. 19. §. 1. de offic. Praesid.* **IN COGNOSCENDO**: ne vel adversus eos, quos malos putat, excaufcatur, vel precibus calamitosorum illachrymetur. *d. l. observandum. in pr.* **IN JUDICANDO**: ne quid aut durius, aut remissius, quàm causa deposcit, constituatur. Nec enim aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso

penso iudicio, prout quæq; res expostulat, statuendum. *l. perficiendum. n. l. aut facta. 16. de pen.* In iure divino, iudicandi norma eleganter Iudicibus præscribitur *Lev. 19. vers. 15. Deut. 1. vers. 16. 17. & c. 16. v. 19. Proverb. 6. 24. v. 24. Eccles. 42. v. 1. 2. 3. & c. 4. v. 26. 27. 32. Job. 7. v. 24.*

XXIII.

Munus Iudicandi varijs expirat modis. Utpote: MORTE iudicis, quæ omnia solvit, *Nov. 22. c. 26. in pr. MUTATIONE, l. iudex. 46. de iudic. RENOVATIONE, l. cum Prætor. 12. in pr. eod. IMMODICA XENIORUM CORRUPTIONE, l. fin C. de pen. lud. qui mal. iudicav. l. solent. 6. §. non verò. 3. de off. Procons. & deniq; SENTENTIA, l. iudex 55. de re iudic. Suspenditur verò varijs exceptionibus dilatorijs, ut Iudicis incompetētis, *l. 1. & t. 1. C. si à non compet. iud.* aut suspecti reculatione, ex varijs causis oriã, *l. aperitissimi. 16. C. de iudic. & alijs.**

XXIV.

PRIVATA munera personalia, media, sunt TUTELA & CURA. TUTELA definitur vis, ac potestas, in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit, iure civili data ac permilla, *§. 1. Inst. & l. 1. in pr. de tutel.* Quod definitum, latè sumptum, etiam CURAM complectitur, *l. verum. u. §. 2. de minor. Gail. 2. obs. 96. n. 6.* ac hodie ex Reformatione Politica, zu Augspurg anno 1548. à Carol. V. promulgatâ, *tit. von der Pupillen vnd Minderjährigen Kindern Tutorn vnd Vormundern / Tutores ac Curatores uno nomine Vormunder/ vnd Vorfleher,* appellantur. Ij; in triplici sunt differentia: Aut enim sunt Testamentarij, aut Legitimi, aut Dativi.

XXV.

Quamdiu autem tutor, Testamento datus existit, Legitimo & Dativo non est locus, *l. quamdiu. 89. de reg. jur. l. si quis. n. in pr. de test. tut.* Quod tamen in pupillis Electoralibus, ex Aurea Bulla Caroli IV. secus est. Vigore enim istius Constitutionis Publicæ, tutela heredis Electoralis impuberis, ad solum proximiorẽ agnatum senioreẽ, donec decimum octavum annum heres impleverit, defertur, adeò ut nec testamento, jus illud agnato auferri possit. *d. Aur. Bull. tit. 7. von der Churfürsten nachkommen wegen/*

Rosenb. de feud. cap. 12. conclus. 10. n. 19. Goedd. ad l. 120. in fin. de verb. sign. novissime Ioan. Zeschlin. & Zachar. Friedenreich in tr. de Tutel. Elector.

XXVI.

Ad Tutelæ munus regulariter vocantur omnes masculi, sive sint filijfamilias, sive patresfamilias, l. 9. de his qui sui vel alien. jar. nisi ex justis causis, de quibus in tit. Inst. ff. & C. de Excusat. immunitatem habeant: quarum unâ, vel alterâ non allegatâ, datis & captis pignoribus, & multâ indictâ, cogi possunt, Gothof. ad l. 1. in pr. de admin. tutor.

XXVII.

Munus hoc ut suscipiatur, tria conjunctim requiruntur: I. SATISDATIO TUTORIS, rem pupilli salvam fore. l. 4. §. 1. rem pup. salv. for. quæ hodie ab omnibus omnino tutoribus est præstanda, ex d. Reformat. Polit. tit. von der Pupillen vnd Minderjährigen Kindern Tutoren / vers. daß auch & vers. Item das Kr. II. JURAMENTUM, quo sanctè promittit tutor, se pupilli defensionem suscepturum, & omnia, quæ in rem ejus sunt, facturum, neq; inutilia admissurum, neq; utilia omissurum, l. fin. §. pen. C. de admin. tutor. l. 27. C. de Episcop. aud. III. INVENTARII CONFECTIO, l. tutores, 24. C. de admin. tut. quæ expensis pupilli fieri debet, Myof. cent. 6. obs. 39. n. fin. ad quam tutor, ob utilitatem pupilli, cogi potest à Magistratu, Jul. Clar. §. testamentum, q. 66. vers. ult. quâ omninò non, vel non ritè facti, ipso jure censetur esse in dolo, l. 7. in pr. de admin. & per. tut. Myof. d. obs. 39. n. 4.

XXVIII.

Præstitis à Tutore, cautione, & Juramento, confectoq; inventario, administratio Tutoris, in tribus itidem consistit. I. IN PERSONA PUPILLI RECTE EDUCANDA. Quæ educatio maximè apud matrem fieri debet, nisi vitricum superinduxerit, l. 1. C. ubi pup. educ. deb. Deinde, IN ALIMENTIS CONGRUÈ DECERNENDIS; quorum appellatione, non solum victus, vestiarius & habitatio, sed & institutio morum, ac liberalium artium, continentur, l. 2. C. de alim. pup. præstand. Tertiò, IN AUCTORITATE PRÆSTANDA: quæ GENERALITER in omnibus negotiis, unde damnum oriri pupillo possit, requiritur. pr. Inst. ibiq; Dd. de auctor. tut. tot. tit. ff. & C. eod.

SPE

XXIX.

SPECIALITER verò præstanda est: I. **IN TRANSIGENDO**, modò transactio ea, non alienandi, vel diminuendi, sed decidendi gratiâ fiat. *l. Lucius. 46. §. fin. de admin. tut. l. 1. §. 1. de tutel. & rat. dist.* II. **IN EROGANDO**, sive pupilli creditoribus solvendo, *l. cum plures. 12. §. 3. ff. & l. sumptus. 3. C. de admin. tut.* III. **IN ALIENANDO**. Alienari autem Tutori saltem permittuntur ea, quæ servando servari nequeunt, ut sunt vestes detrita, & res corruptibiles, *l. lex que. 22. in fin. vers. jam ergo. C. d. 1.* In immobilibus autem rebus pupilli alienandis, non justa saltem causa sufficit, sed & causæ probatio, Judicis inquisitio, & decreti interpositio, requiruntur, *l. ob as alienum. 12. C. de præd. min. fin. decret. d. l. 22. C. de admin. tut. Cujac. lib. 7. obs. c. 23.* de quibus eleganter Schneid. *Inst. de aut. tut. §. fin. n. 32.* Multò minus donare tutores possunt, nisi hoc summa pupilli utilitas suadeat, vel nisi sint illustrium personarum tutores, *d. l. cum plures. 12. §. 3. de admin. & per. tut. Gail. 2. obs. 72. n. 9.*

XXX.

Propter muneris Tutelæ administrationem, & Pupillo, & Tutori actiones dantur. **PUPILLO**: **ACTIO TUTELÆ DIRECTA**, §. *fin. Inst. de Accil. tut. l. 1. §. 3. de tutel. & rat. distrah.* **DE RATIONIBUS DISTRAHENDIS**, *d. l. 1. §. 19.* **EX STIPULATU**, rem pupilli salvam fore, *l. cum rem. 11. ff. rem pupil. salu. for.* **NEGOCIORUM GESTORUM**, *l. 4. §. fin. de tutel. & rat. dist.* & **ACTIO SUBSIDIARIA**, adversus eos, qui satisfactionem aut omninò non exegerunt, vel non idonee passi sunt caveri. §. *fin. Inst. de sat. dat. tut. l. 1. & tot. tit. C. de magist. conven.* **TUTORI**: **ACTIO TUTELÆ CONTRARIA**, post tutelam gestam, pro his quæ ei ob administratam tutelam abstunt, *l. 1. in pr. l. 3. §. 1. de contr. tutel. act.* dummodò bonâ fide in tutelam sint facta, *l. 33. §. fin. de admin. & per. tut. VVesemb. par. de contr. tutel. act. n. 4.*

XXXI.

Sequuntur Munera **REALIA**, quæ sunt duplicia: **ORDINARIA**, vel **EXTRAORDINARIA**. **ORDINARIA** sunt, quæ à lege, Principeve sunt imposta, & certam formam habent, *l. bi qui muneru. 6. l. in honoribus. 8. §. 3. de vacat. & excusat. muner. l. un. C. de vacat.*

publ. mun. Bare, in l. 1. C. de mun. patriæ. Alciat. in l. munus. 18. in verb: altero. in fin. de verb. sign. Et sunt vel TRIBUTUM, vel VECTIGAL. TRIBUTUM, quod alio nomine annona, vel functio publica, vel census vocatur, est præstatio, quæ fit ratione soli, à possidentibus, gloss. in l. 1. §. 1. in verb. pendant. ff. de publ. & vectig. & possessiones fundorum sequitur, adeo ut præteriti temporis tributum novus possessor solvere cogatur, l. Imperatores. 7. ibiq. gloss. d. t. de public. l. 5. §. fin. de censib. l. prædij. 36. de jur. fisco. Egid. Thomat. tr. de collect. fol. 37. n. 13. nec personis, sed rebus indicitur, l. 3. C. de annon. à cujus pensatione, nulla privilegia, nulla ætatis, aut scientiæ prærogativa, aut status conditio, vacationem præbent. l. 2. l. 4. l. 5. l. 10. C. d. t. de annon. & tribut. l. 1. C. de indicition. l. ab hui. 10. in pr. ff. de vacat. mun. l. 6. §. 4. de mun. & hon. Gail. 1. obs. 21. n. 20. & 2. obs. 52. n. 11. Quod & adeo onus fundorum & agrorum est, ut nec pactione effici possit, ne emptor tributum fundi agnoscat. l. 1. l. 2. l. 3. C. sine cens. vel reliq. fund. comp. non poss. l. inter. 42. ff. de pact. Gothof. ad d. l. 1. Gail. d. obs. 21. num. 20.

XXXII.

Ordinarium hoc Tributi munus Reale, propriè soli Imperatori, in tesseram subjectionis, penditur, & ad ærarium Cæsareum publicum spectat, ac aliàs Canonis nomine, vulgò Cammerguts appellatur, l. 1. C. de indicit. proindeq; soli summo Principi illud exigendi jus competit, l. un. ibiq. Gothof. C. de superindict. in quo æquitatis regula servatur, ut aucto & meliorato fundo, augeatur quoq; ejus tributum, l. 2. C. de alluv. & ob imminutionem prædiorum releveretur, l. 4. §. 1. ff. de censib. Petr. de Tebald. tr. de collect. conf. 1. n. 3. & seq. Myns. 3. obs. 34. Gail. d. obs. 21. n. 18. Vigel. in method. jur. contr. lib. 3. c. 10. reg. 32.

XXXIII.

VECTIGAL, alterum munus Reale Ordinarium, est pensatio, quæ ex rebus civitati in vectis, vel evectis, ærario publico solvitur. Eratq; olim octava pars ejus mercis, quæ vehebatur, l. ex præstatione. 7. C. de Vectig. & commiss. Unde exactores ejus, Octavarij dicebantur, l. 8. C. d. t. gloss. in l. 1. §. 1. in verb. pendant. ff. de publ. Alciat. in l. eum qui 16. de verb. sign. & lib. 3. Disputat. c. 10. postea verò ad decimam partem extendebatur, l. cuncti. C. de metallar. Ad cujus obler-

observantiam, Albanus Dux decimam rerum venalium Belgis imperavit, quo vectigali vix ullum gravius, cum una eademq; res decies vendi, brevi intervallo possit. *Meteran. in histor. Belg. lib. 3. & 4. in pr.* Sed hodie ex consuetudinibus locorum, diversimoda præstatio constituta reperitur. *Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. c. 5. n. 1.* Et vel maxime præstatur Vectigal pro itinere, *l. si quis. 20. in pr. de donat. int. vir. & ux.* transituve pontium, *l. cum in plures. 60. §. vehiculum. 8. ibiq; Gothof. ff. locat.* ac alio nomine Pedagium, quod ab ijs, qui pedibus iter faciunt, solvitur, *c. si quis Romipetas. 24. q. 3.* vel Portorium, pro mercibus vectis præstandum, nuncupatur. *d. l. 60. §. 8. locat.*

XXXIV.

Vectigalia imponendi jus PRIMARIÒ ad solum Imperatorem spectat, & de reservatis summi Principis censeatur, *c. un. ibiq; Borch. que sint. regal. n. 46.* Adeò enim odiosa sunt vectigalia, ut non solum Inferior Princeps, sed & Imperator, absq; causa & consensu Procerum Imperij, nova instituere, vetera augere, aut de uno, eòq; consueto loco, in alium transferre nequeat. *l. 1. & tot. tit. C. vectig. nov. inst. non poss. Reichs Abscheid zu Regensburg de ann. 1576. §. Weiters seind wir auch Glaubhaffrig berichret / & §. Soches alles vnd Jedes. Tholosan. Syntag. lib. 3. c. 3. n. 1. & seq. Rosent. de feud. c. 5. conclus. 44. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 6. n. 14. & seqq. Myns. 5. obs. 29. n. 2. & seq. Frider. de process. lib. 2. c. 42. n. 4. & seq. And. Knich. de jur. Saxon. non provoc. c. 5. in verbo: Soll. n. 60. & seqq. Arnif. de jur. Maj. lib. 3. c. 7. num. 6.*

XXXV.

SECUNDARIÒ verò hoc jus, ex Concessione Imperatoria, etiam Electoribus, & Principibus inferioribus competit. *Reichs Abscheid d. §. weiters seind wir auch.* Eodemq; modo Civitates Imperiales illud sibi usurpant, & quælibet alia Civitas pro suis curijs exigit, & tueur, *l. 10. ibiq; Salic. & Gothof. C. de vect. & comm. Quin & præscriptione vectigalia acquirantur, non est dubium, Myns. d. obs. 29. num. 12.*

XXXVI.

Imponuntur Vectigalia non nisi ob justissimam causam: utpote ad instructionem viarum aut pontium, avertenda pericula
contra

contra prædones, vel hostes patriæ, ejusq; tenuitatem, aut status Principalis sustentationem, aliamq; necessitatem & utilitatem publicam, l. 7. C. de SS. Eccles. l. 4. C. de privil. dom. August. l. 1. C. de collat. fund. patrim. Frider. d. lib. 2. c. 43. n. 6. Sic & justam imponendi vectigalis causam habent Principes contra subditos, qui iniquè rebellârunt, eisq; causa multorum sumptuum & damnorum fuerunt. Leon. Loß. lib. 3. c. 33. dub. 6. n. 49.

XXXVII.

Ex justissima causa vectigalia imposita, omni jure Divino, Matth. 21. v. 21. Rom. 13. v. 6. & seq. Canonico, c. innovamus. de censib. Civili, tot. tit. ff. de publican. & vectigal sunt licita. Proindeq; ea fraudare tentans, coram Deo, & hominibus, ac si rem alienam abstulisset, peccare censetur. Petr. de Wald. tr. de collect. n. 37. Rosentb. de feud. c. 5. conclus. 43. num. 1. & seq. Vigel. method. jur. controu. lib. 3. c. 10. reg. 33. Et hoc casu, bona, quæ vehuntur, in commissum cadunt ipso jure, seind Verwirckt vnd Verfahren, l. 8. de publ. & vect. Kopp. quest. 50. n. 5.

XXXVIII.

Quamvis autem rerum, ob non solum vectigal, commissarum dominiû, etiamsi postea Dominus vectigal pro ijs pendere paratus sit, statim amittatur, l. commissâ. 14. d. tit. de publican. ad auferendam tamen possessionem, sententiâ Judicis declaratoriâ opus est, l. defensionu. 7. C. de jur. fisci. Gail. 2. obs. xi. n. 5. & de par. publ. lib. 2. c. 3. num. 11. in quo omnia jura mundi consentire ait, d. obs. xi. n. 6. & d. c. 3. n. 9. attestante Borch. in tr. de feud. c. 8. in fin. & in c. un. que sunt Regal. n. 48. Sed de consuetudine Germaniæ universali, possessionem earum Fiscum propriâ auctoritate apprehendere, ait Sixtin. d. c. 6. n. 173. Quæ pæna commissi, licet in vectigalibus, de jure Saxoanico, in quadruplum mutata quidem sit, Landrecht. lib. 2. tit. 27. Frider. de process. lib. 2. c. 43. n. 12. hodie tamen non observatur, sed quotidie in terris Saxonice, ob defraudationem gabelle vel Vectigalis, simpliciter, omnium mercium fit confiscatio, teste Koppen. d. quest. 50. n. 8.

XXXIX.

Non-tamen adeo strictè pæna commissi obtinet, ut mercator, rebus quidem professis, at non soluto vectigali, discedens, eas

committat, sed duplum saltem præstare teneatur. *l. fin. § si quis. 28. de publ. & vect. Agid. Bos. in pract. crimin. tit. de fraud. vectig. n. 13. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. de conduct. & emptor. gabell. n. 35. vers. licet a septimo. Salic. in l. neg. 2. C. de vectigal. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 6. n. 197.* Neq; procedit, ut quis minorem, quam habet, quantitatem, profitendo, aut partem occultando, res omnes committat, sed pro ijs saltem, pro quibus gabella non est soluta, commissi pœnæ locus est, *l. cotem. 11. §. dominus. de publ. & vect.* nec, si socius rem communem, sine socij voluntate, non profiteatur, omnes res commituntur, sed non profitentis pars sola in commissum cadit. *l. 8. §. 1. d. tit. de publ. arg. l. si socij sumus. 28. pro soco. Rosent. de feud. cap. 5. concl. 41.*

XL.

Minimè verò à commissi pœna excusat, si Dominus mercium, in aurigam, mulionem, vel vectorem, aut auriga, vel vector, in Dominum, culpam non soluti vectigalis, derivare conentur, *d. l. cotem. §. dominus. l. cum in plures. 60. §. vehiculum. 2. locat.* nec, si quis à via usitata, quæ ad telonium ducit, recedens, per aliam, fraudandæ gabellæ causâ, tendat, à pœna commissi liber est, *Koppen. quest. 50. n. 25.* nisi justa alia causa subfit: quòd fortè usitata via aquis sit operta, prærupta, salebrosa, vel hostium & prædonum excursionibus exposita. *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 834. num. 35. Rosent. d. c. 5. concl. 39. Salic. in l. 3. in fin. C. de naut. for.*

XLI.

Ad Vectigalium solutionem omnes regulariter obligantur, *l. 7. C. de vectigal.* nisi specialiter aliqui sint exempti, *Koppen. d. q. 50. num. 4.* Quales sunt Fiscus, *l. 5. d. r. l. locatio. 9. §. fin. f. eod.* navicularij, *l. 3. C. de navicul. l. 6. in fin. C. d. r. de vectig. l. 5. §. 3. de jure immun.* Personæ Ecclesiastica, & hospitalia. *c. quanquam. de censib. in 6. auct. item nulla. C. de Episc. & Cler.* Præfides provinciarum, & Illustrissimi, *l. 4. §. 1. de publican.* Principum, Cameræ, ac Parliamentorum Consiliarij, Assessores, Ambassadors, sive Legati, & Secretarij, *Ordnung des Regimentes / zu Augspurg de ann. 1500. tit. Alle so in des Reichs Regiment gehörig / sollen aller Tax /*

C

Zoll

Zoll vnd Ungelds frey sein. Ordnung des Regiments zu Wormbs
de anno. 1521. §. Item sollen Churfürsten/Cammergerichts Ordnung.
part. 1. tit. 49. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 6. n. 102. & seqq. nec non Aca-
demiarum Professores, Doctores, & Scholares, *auth. habita.*
C. ne fil. pro patr. ibiq; Richard. ut & personæ miserabiles, *Tholos. in*
Syntagm. lib. 3. c. 8. n. 1. & seqq. Frider. de process. lib. 2. c. 42. n. 20. & si
qui sunt alij, quibus immunitatem aliquam Majestas ex causa
concessit. *Arnif. de jur. Majest. lib. 3. c. 7. n. 2.*

XLII

Si tamen personæ, à Vectigalium onere aliàs exemptæ, in
fraudem gabellæ, res alienas, pro suis, portent, vel quæstus,
& negociandi causâ vehant, immunitatem non solum nullam
habent, *l. 4. §. 1. de publ.* sed & fraude cognitâ, licitæ cum illicitis,
de rigore juris, in commissum cadunt, *l. ii. §. 2. d. e.* et si de hu-
manitate, illicitas saltem committi, dicat Sixtin. *d. lib. 2. c. 6.*
n. 106. & seq. Koppen. d. q. 50. n. 13. & seq. Quòd si singulare sit
vectigalis privilegium, quo, propter magnam, in sustentandis
portibus, vel aggeribus, contra impetum fluminis, difficulta-
tem, etiam immunes aliàs, conferre pedagia, & gabellas tenen-
tur, hoc quoq; casu in personis privilegiatis, beneficium immu-
nitatis cessat: Quemadmodum Argentinæ pontem Rhenanum
longissimum nemo sine pensatione transit, etiam si Clericus sit,
vel res, aut persona Ecclesiastica, teste *Frider. d. lib. 2. c. 42. n. 20.*
& *Sixtin. de Regal. d. lib. 2. n. 142. c. 6.*

XLIII

Bona Vectigalium & gabellarum oneri obnoxia, sunt omnia,
pro quibus consuetum est præstari. *l. 9. §. 6. de publican. Tholos. in*
Syntagm. lib. 3. c. 9. n. 7. Immunes autem sunt res, ad comiteatus
castrenses, *d. l. 9. §. 7* vel quasi castrenses, ut sunt scholarium libri,
auth. habita. in pr. C. ne fil. pro patr. Rosenth. d. c. 5. conclus. 47. n. 1. 2. 3.
& ad agriculturam, *l. 1. C. de agric. & cens.* usumq; vitæ proprium,
pertinentes, ut cibaria. *l. 4. §. 1. d. tit. de public. l. universi. §. C. eod.*
l. in lege 203. de V. S. Vectigalia enim propter eas res maximè sunt
imposita, quibus mercatores, quæstus causâ negociantur. *l. fin.*
§. 7. l. 9. §. fin. d. t. de publican. & vectig. l. 7. C. eod. Frider. d. lib. 2. c. 42.

n. 20. Kopp. d. q. 50. n. 30. & seq. Ad usum verò proprium non spectare dicimus, quòd quis domus suæ ædificanda, vel reficiendæ gratiâ, vehi curat, d. l. in lege. de V. S. & l. 28. ff. de aur. legat. Guid. Pap. decis. 4. Sixt. d. lib. 2. c. 6. n. 123.

XLIV.

De rebus vectigali subjacentibus, legitimè constituta Vectigalia, tam accuratè præstanda sunt, ut non expectetur publicani admonitio, sed confessio, & solutio ultrò fiat. l. fin. §. Divi. 6. de publ. & vectig. Peregrin. de jur. fisco. lib. 6. tit. 5. n. 35. vers. limita secundo. Quod etiam in rebus privilegiatis periculum inducit, ut & hæc, si apud telonarium non denunciata, nec professæ sint, commissi pœnam vix evitent, d. l. fin. §. 3. & §. 9. ibiq. Gothof. ff. d. 2. Cujac. 14. obs. 3. Rosent. c. 5. concl. 38. n. 1. Peregr. d. lib. 5. tit. 5. n. 31. vers. amplia, ut omissa. Professio enim necessaria est, ut ad telonium accedatur, & indicetur, quid quantumq; vehatur, daß man zum Zollen gehen vñnd sich angebe. In quo tamen consuetudo loci spectanda est. l. 4. §. fin. de vectigal. Nov. 17. c. 8. Gabriel. commun. conclus. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 1. n. 15. Vigel. method. jur. controv. lib. 3. c. 10. reg. 31. Caerberan. decis. 83. in fin. Frider. d. c. 42. n. 22. & seq.

XLV.

Vectigalia justè exigenti, si prohibeatur, competit actio confessoria, ad instar ejus, qui prohibetur uti frui, vel cæteris servitutibus uti; qui contrâ, exigentem prohibere vult, negatoriam habet; nec non interdicto, ut per viam publicam ire & agere liceat, uti potest. Salic. in l. 2. C. vectigal. nov. imp. non poss. num. 7.

XLVI.

Circa solutionem vectigalis quæritur: uter ex contrahentibus gabellam de mercibus pendere teneatur? Emptorem teneri, etiam si venditor respectu vectigalis, sit immunis, asserimus, cum Salic. ad rubr. C. de reb. cred. n. 2. Koppen. quest. 50. n. 17. adeò ut nec pactio Emptoris & Venditoris valeat, quâ Emptor vectigal solvere non debeat; vel quod Venditor, jure suæ immunitatis, rem venditam ultra locum telonij tradere velit. Quod ipsum, nec Principis rescripto effici potest, Kopp. d. q. 50. n. 21. Peregrin. de

jure fise. lib. 6. tit. 5. n. 26. licet hodiernis temporibus, id in fraudem legis, sæpius praticari, ipsisq; emporibus testimonia immunitatis, vulgò *Paßbrieffe / oder Freizettel /* dari, affirmant *Kopp. d. q. n. 17. & seqq. Sixtin. de Regal. c. 6. lib. 2. n. 140.*

XLVII.

EXTRAORDINARIA Manera Realia sunt, quæ partim personis principaliter, propter res, partim etiam principaliter rebus indicuntur. *Petr. de Ubald. rr. de collect. n. 56.* & propriè COLLECTÆ vocantur, quarum impositio, non fit ob causam ordinariam, ex generali legis provisione, sed extraordinariam, quæ reiterationem non expectat, *l. in honoribus. 8. §. 3. de vacat. & excus. mun. Gail. 2. obs. 52. n. 10.* quamvis non negemus Collectas quandoq; inter ordinaria munera connumerari posse, si earum impositio, certâ & generali lege provisâ sit, ita ut singulis annis recurrat. *Bertachin. in repertor. part. 1. in verbo: Collecta, in pr. Egid. Thomas. rr. de Collect. pag. 332. n. 12. Vincel. de Collect. decis. 2. n. 10. & decis. 4. n. 4. & seq.* Quod & statuto vel consuetudine, vel justâ præscriptione fieri posse, asserit *Gail. d. lib. 2. obs. 53. n. 8. Rosentb. de feud. c. 5. Conclus. 73. in fin.*

XLVIII.

Collectam imponendi, & exigendi jus, quanquam de folius Imperatoris Regalibus sit, & præcipuum Principis reservatum concernat, *c. un. quæ sint Regal. Petr. de Ubald. rr. de Collect. n. 5. & 7. Schurf. cens. 1. consil. 59. n. 26. Rosent. de feud. c. 5. concl. 74. num. 4.* non minùs tamen, etiam Principes Inferiores, & Status Imperij, vel ex speciali privilegio, vel præscriptione, jus collectandi subditos suos, habent, *Vesemb. cons. 45. n. 10. Rosent. d. Conclus. num. 6.* Quod ad Civitates Imperiales, quæ non minùs ac Principes, in suis territorijs, superioritatis jura, vulgò *Land vnd Oberherligkeit* dicta, habent, & Regalium capaces sunt, etiam refertur, *text. in lib. un Extravag. de Pac. Constant. vers. Nos Romanorum. Petr. de Ubald. d. rr. de collect. n. 4.* Idemq; de civitatibus municipalibus, Imperio mediâtè subjectis, si Regalia, vel jurisdictionem exerceant, dicendum, ut & hæ collectas, etiam absq; consensu superioris, civibus suis imponere possint, *Schurf. d. cons. 59. n. 2.* Si verò municipium

cipium Regalibus destituatur, vigore pactiois, consensu, & voluntate civium inita, collectam exigit: quo casu, collecta non censetur de Regalibus, sed vi pacti, & conventionis consistens. *Borch. ad c. un. quæ sunt Regal. n. 53. & seq.*

XLIX.

IMPERIALEM Collectam, vulgò *Reichssteuer*, dictam, Imperator, non nisi accedente Statuum Imperij consensu, subditis indicit, *Reichs Abscheid zu Regenspurg. de ann. 1576. §. weiters seind wir, & seqq. Heig. part. 1. q. 18. n. 7. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 5. n. 128. Frider. de process. lib. 2. c. 43. n. 8.* Neq; nisi ex iustissima causa, & ubi calculus ordinariorum reddituum non sufficit, eam exigit, *Modest. Pistor. part. 1. conf. 4.* Cum ante omnia proprium debeat excutere marsupium, aliosq; redditus expendere, priusquam subditos Collectarum indictione gravet, *Natta vol. 1. conf. 185. num. 11. Koppen. quæst. 32. num. 2. & seqq. Frider. d. lib. 2. c. 44. n. 4. & seqq.*

L.

Ad hanc Imperialem collectam pertinet Contributio Turcica, quæ ob utilitatem publicam, pacem & tranquillitatem, in Imperio, contra hostem Christiani nominis, conservandam, necessitate postulante, ex placitis Imperij, & Statuum Voluntate, atq; consensu indicitur, à cuius præstatione, nemo aliàs privilegiatus, est immunis, *Ordnung des Regiments, de anno 1500. tit. der Turcken halben / & seqq. Reichs Abscheid zu Speier / de anno 1544. §. vñnd nemblich sollen alle vñnd Jede Churfürsten & seqq. & de ann. 1542. §. vñd nemblich sollen / & s. eß sollen auch alle Churfürsten. Abscheid zu Augspurg de ann. 1559. §. derwegen wir gemeine & de ann. 1582. §. vñd nach dem. & seqq.* adeo, ut is, qui de Comitatu quodam, sub clausula: *Frey / geruhiglich ohne Steuer /* investitus sit, licet à Provinciali Collecta sit exemptus, non tamen ab hac Imperiali immunitatem habeat. *Mod. Pistor. conf. 4. vol. 1. n. 6. & seqq. Schonborn. lib. 4. polit. c. 24.*

LI.

Referri quoq; ad Collectam Imperialem potest extraordinaria illa, ad Numinis Regalis felicissimam expeditionem, collatio,

Zu einem Römerzug / so der Käyserlichen Mayr. zu holung ihrer
Kron in Italia bewilligt / vnd ein hülff ist von Vier tausent zu Ross/
vnd Zwanzig tausent zu Fuß. Reichs Abscheid zu Wormbs/
de anno 1521. §. vnd als wir in vnser Käyserlich gemuht gesetzt.
& Reichs Abscheid zu Nürnberg de ann. 1522. in pr. vers. vnd nach
dem vns Churfürsten.

LII

PROVINCIALIS Collecta, à Principibus, Ducibus, Co-
mitibus, aut Baronibus, ex singulari Imperatoris privilegio, vel
Regalium investitura, aut praescriptione, subditis imponitur,
non tamen citra Statuum Provincialium consensum, *Rosenth. de
feud. c. 5. conclus. 74. n. pen. & ult.* Ad quam, extraordinariam illam,
pro maritandis Principum, Ducum, Comitum, vel Baronum,
filiabus, pensationem, vulgò *freychen Steuer* dictam, ex
notorio Germaniæ usu, passim receptam, referimus. *Myns. cent. 5.
obs. 21. num. fin. Rosenth. d. c. 5. conclus. 77. Wintzl. de collect. obs. 7.
n. 10. & seq.*

LIII

In Collectis imponendis justissima CAUSA, & æquissi-
mus MODUS observari debent, ne ex immoderatâ earum indi-
ctione, gravissimum Reipubl. detrimentum Defectionis civium,
exurgat. *Schonb. lib. 4. polit. c. 21.* CAUSA justissima in novis Col-
lectis IMPERIALIBUS exigendis, potissimum est, necessaria
Patriæ, contra hostes, vel prædones, defensio, Reichs Abscheid
zu Trier vnd Cölln / ann. 1512. §. Vnd ob Jemand / wer der / oder
die weren. IN PROVINCIALIBUS: Domini captivitas, vel
viarum, pontium, vallorum, aut alterius operis publici resectio.
Wintzl. d. 11. de Collect. obs. 7. IN CIVITATUM: si bona Civitatis,
& civium, longo bello, vel aliquâ publicâ utilitate, ut putâ, ex-
struendis pontibus, excitandis aggeribus, erigendis propugnacu-
lis, aut alijs sumptibus publicis, ita attrita, & exhausta sint ut in
æratio publico parum, aut nihil, sit reliqui, unde creditoribus sa-
tisferi, & debitum publicum dissolvi queat. De quo *Gail. de ar-
rest. c. 9. n. 18.*

LIV.

MODUS Contributionum æquissimus est, non qui per Capi-
tationem

rationem, vel per fumantes, sed per solidum, vel æs, & libram, hoc est, pro viribus patrimonij, constituitur, *Petr. de Abald. rr. de Collect. n. 13. Gail de arrest. d. c. 9. n. 19. Wirtzl. d. rr. de Collect. obs. 8.* ac in decretis Comitorum, der gemeiner Pfennig vnd Anschlag appellatur. Reichs Abscheid zu Speyer *de ann. 1542. s.* Vnd wiewol derhalben auff zuvor. *S. de ann. 1544. s.* Als aber wir sampt Ebersfürsten. *vers. vnd demnach S. s.* wir haben vns auch &c. Etsi enim, ubi æqualis est utilitatis publicæ necessitas, par quoq; omnium subsidij sublevamen esse debet, *l. omnes. 12. C. de oper. publ. l. 2. C. de immun. nem. conced.* non tamen inopes, quos dura premit quotidiana indigentia, quorumq; vita mercenaria, & in diem est, per Capitationem, aut fumantes, collectari debent, *l. cura. 4. §. 2. de mun. S. honor.* quamvis à muneribus personalibus, & obsequijs corpori indictis, vulgò Herrendiensten, non sint immunes. *d. l. cura §. 2. Gail. d. c. 9. n. 29.*

L V.

MATERIA collectarum sunt omnia bona, mobilia, & immobilia, nec non res dotales, & mercatorum mercès, creditorum sub usurâ mutuò data pecunia, omnesq; aliæ res, ex quibus utilitas & fructus capituntur: exceptis feudalibus, pro quibus collectæ imponi nequeunt, *Dn. Ern. Corbm. vol. 1. conf. 11. n. 32.* Creditores verò adeò onus collectarum tenet, & comitatur, ut ne pactio, quâ debitores, præter usuras, solutionem collectarum, in se receperint, de jure subsistat. *l. filij. 22. §. fin. ad municip. l. inter. 42. de pact.*

L VI.

De bonis autem, extra territorium collectantis sitis, in Re-cessibus Imperij cautum est, subditos utrobij, ratione domicilij, in casu extraordinariorum contributionum Imperialium, de omnibus eorum bonis, ubicunq;, vel intra, vel extra Imperium Romanum, sitis, esse collectandos. Reichs Abscheid zu Speyer *de ann. 1544. s.* so viel dann ferner die Form vnd Maß antrifft. ita tamen, ne in loco rei sitæ, iteratò graventur, *d. Const. de ann. 544. S. vñnd dieweil aber wir S. Reichs Abscheid zu Augspurg. de ann. 1530. s.* dieweil sich auch etliche. *Et zu Regenspurg de an. 1541. s.* vñnd nach dem etliche Stände.

Quod

LVII.

Quod etiam jure communi, in exigendis alijs collectis, de bonis extra territorium indicentis fitis, in certis casibus obtiner ut: si Collectam exigens, generalem, omnimodam, & uniformem jurisdictionem, in provincia, diversos districtus continente, habeat. *Dn. Ern. Cothm. d. vol. 1. resp. 11. n. 36. 76. 156. VVintzl. de collect. obs. 11. n. 2.* vel, si collectam antea solvens, in loco rei sitæ, ab eadem postea fit immunis, ne duplici onere gravetur. *Gail. 2. obs. 53. n. 2. & 10.* vel si collecta pro usibus & necessitatibus superioris Principis, non verò civitatis aut loci, ubi collectandus habitat, imperetur. *Guid. Pap. decis. 5. n. 2. Frider. de process. lib. 2. c. 45. n. 11.* vel deniq; nisi statutum personam, respectu rerum extra territorium situatarum, subditam fecerit, *Schurf. cent. 2. conf. 26. num. 3.*

LVIII.

In personis collectarum oneri subigendis, non una, eademque est ratio. Nonnullæ enim ratione SPECIALIS CONCESSIONIS eximuntur, de quibus in *l. medicos. 6. C. de profess. & med. l. in honoribus. 8. §. 3. de vacat. & excus. mun. & gloss. in l. honorem. 10. de mun. & hon. auth. habita. C. ne fil. pro patr. Nat. conf. 65. n. 1. vol. 1.* aliæ respectu FORTUNÆ, ut pauperes, quorum scilicet nota paupertas, & illi, qui diem pro victu quærendo laborant. *Petr. de Wbald. tr. de collect. n. 18. & 23.* quædam ratione PRÆSCRIPTIONIS, *Nat. conf. 649. n. 5.* Et quædam vigore EXEMPTÆ JURISDICTIONIS. Quales sunt Clerici, *c. non minus. c. adversus. de immun. Eccles.* nisi possessiones, antequàm ad Ecclesiam, ejusve ministros pervenerint, oneribus realibus fuerint obligatæ, *Petr. de Wbald. d. tr. n. 59.* vel nisi summa extet necessitas, ubi laicorum non suppetunt facultates. *d. c. non minus. & c. adversus. Iason in l. placet. 5. C. de SS. Eccles. n. 13. & seq. in lect. 1. Petr. de Wbald. d. tr. n. 64. Gail. 2. obs. 52. n. 16. Rosent. de feud. c. 5. concl. 80. in not. lit. c.*

LVIX.

Forenses quoq; de bonis in territorio collectantis jacentibus, regulariter collectari, propter defectum jurisdictionis, nequeunt, *l. libertus. 17. §. sola. ad municip. Schurf. conf. 59. n. 26. cent. 1. Ros. d.*

Rof. d. c. 5. concl. 80. n. 4. Mynf. cent. 5. obs. 22. n. 2. cū collectæ in fin-
gnum subjectionis præstentur, c. 2. de censib. c. magnum. ii. q. 1. Gail. 1.
obs. 21. n. 9. & principaliter personis, rerum contemplatione, in-
dicantur: si igitur personæ subditæ non sint, earum quoq; impositio
locum habere nequit. l. 6. §. fin. de mun. & hon. Gail. 2. obs. 52. n. 13.

L X.

Rectè tamen ex privilegio, consuetudine, præscriptione,
vel si in loco domicilij, collectam non solvant, aut si summa
Reip. necessitas sit, vel si bona sint tributaria, aut in æstimum,
vulgò *Saalbuch* relata, forenses & extraneos, de bonis in territo-
rio collectantis sitis collectari posse, referunt *Natt. vol. 1. conf. 157.*
n. 10. & conf. 150. n. 4. conf. 218. n. 3. Mynf. d. cent. 5. obs. 22. Gail. d. obs. 52.
n. 24. Rof. d. c. 5. concl. 82. VVintzl. de collect. obs. 12. n. 3. & seqq.

L X I.

De Vasallo, quoniam Domino, pro feudo, personalia
servitia feudalia, *Manz oder Lehndienste* vel *adoim*, tempore
belli, præstare cogitur, eadem est assertio, ut, nisi etiam sub-
ditus Domini collectantis sit, præter limitatos in Forensibus casus,
collectari nequeat. *Isen in l. placet. 5. C. de SS. Eccl. n. 4 lectur. 1. Ro-*
senh. d. c. 5. concl. 78. n. 2. & 12. Jus enim Vasallagij non reddit
Vasallum subditum. Collecta autem est fructus, radix, ac funda-
mentum Jurisdictionis. *Egid. Thomat. tr. de collect. pag. 239. num. 19.*
Dn. Ern. Coch. vol. 1. resp. 11. n. 43. & vol. 3. conf. 49. n. 123. VVintzl. de
collect. decis. 2. n. 2. & decis. 4. n. 6. & 9.

L X II.

Sic nec Clientes, qui in fidem & clientelam Protectorum,
Defensorum, aut Patronorū, vulgò *Schutz vnd Schirm Herrn* di-
ctorum, se contulerunt, à Protectoribus, Defensoribus vel Pa-
tronis suis, collectari queunt; propterea, quòd jus Patronatus,
Protectionis, vel Advocatiæ, nullam Patrono, Protectori, vel Ad-
vocato, in Clientes suos, tribuat jurisdictionem; sicut vulgariter
dicitur: *Schutz vnd Schirm gibt keine Obrigkeit*. Ideoq; Clie-
ntes, *Schirms verwandten* / ratione Clientelæ, *wegen Schirms*
gerechtigkeit, non efficiuntur subditi, sed sub jurisdictione Ma-
gistratus sui ordinariâ manent, cui in omnibus, ut antea, parere
D cogun-

coğuntur. *l. recepimus. §. & c. ex parte. 18. de privileg. Gail. 2. obs. 54. n. 2.*
4. & seqq. Frider. de process. lib. 2. c. 14. n. 8. Et hoc jus Patronatus, vel
Advocatiæ, in Recessibus Imperij, quatenus cum consensu ordina-
riorum Magistratum suscipiatur, est indultum. *Aur. Bull. Carol. IV.*
tit. 15. Reichs Abscheid zu Speyer / de ann. 1544. s. doch sol kein Stand
& de ann. 1555. §. vnd sol auch kein Stand. VVintzl. de collect. obs. 21.
idemq; adhuc in plerisq; Germaniæ civitatibus, quoad certa &
limitata pacta, observari, ait Gail. *d. obs. 54. n. fin.*

LXIII.

AD EXSOLVENDAM collectam ut quis teneatur, injun-
ctio & denunciatio necessariò requiritur. *l. fin. C. de indictiom.*
Agid. Thom. tr. de collect. fol. 576. n. 29. & fol. 581. n. 33. AD CONSE-
QUENDAM, si collectandus justè contradicat, nec dilatio colle-
ctarum præsentissimum periculum habeat, non ex abrupto, per
viam Executionis, sed præcedente cognitione, ac decreto, exactio
fieri debet. *Thom. d. tr. fol. 578. n. 30. Dn. Ern. Cothm. vol. 1. resp. 11.*
n. 188. 189. & 192. & resp. Acad. 27. n. 81. & seqq.

LXIV.

Dantur autem variæ, hoc casu, actiones: ut actio persona-
lis, ex pacto & consensu, placitando collectas, vel patiendores
describi, sive in librum æstimi redigi, *Thom. d. tr. fol. 181. n. 33.* vel
condictio certi, ex conventionione publica, *l. conventionum. 5. de pact.*
Myns. 3. obs. 34. n. fin. vel deniq; hypothecaria, ratione prædiorum,
l. Imperatores. 7. de public. & vectig. l. fin. C. de mun. patrim. Thom. fol. 581.
n. 31. VVintzl. de collect. obs. 26. Quæ enim collectarum, aut aliarum
exactionum nomine, Magistratibus debentur, jure communi,
raticè obligata censentur. *l. cum possessor. 5. §. fin. de censib. Peregr. de*
jur. fisc. lib. 6. tit. 6. num. 49. Constit. Saxon. pars. 1. c. 28. num. 28. Gail. 2.
obs. 52. num. 21.

LXV.

Si verò Collectæ, ritè & legitime impostæ, aliquæ exce-
ptione declinari ne queant, nullo servato ordine judiciario, vii execu-
tut. vâ procedi, & ab arrestis res inchoari potest, ac Collectæ leva-
to velo exiguntur. *Nov. 17. c. 8. l. in fiscalibus. 5. C. de exact. tribut. Thom.*
d. tr. fol. 577. n. 30. Dn. Cothm. d. vol. 1. resp. 11. num. 187. & vol. 3. resp. 8.
n. 109. Colet. de process. execut. pars. 3. c. 3. m. 38.

Sic

LXVI.

Sic in Contributionibus Turcicis, contra morosos debitores, intra præfixum tempus, pensationem solvere detrectantes, Fiscus celerem expeditionem, & viam executivam habet, *Coler. & part. 3. c. 3. n. 42. Gail. 1. obs. 21. n. 5. & seq.* ac contra tales, mandata in Camera Imp. ad pœnam dupli decernuntur. *Reichs Abscheid zu Speyer/ de ann. 1544. §. vnd damit solche Anlager/ & §. were es auch Sache/ Ipsi verò Status Imperij Laici, sive seculares morosi, pœnâ Banni, Ecclesiastici autem, Regalium, & privilegiorum amissione puniuntur. d. Const. §. wir haben vns auch/ VVintzl. d. 17. de collect. obs. 26. n. 10. & seq.*

LXVII.

Contra Provincialium verò & municipalium collectarum solutores, pignorationibus, vel sequestrationibus rei collectandæ, ejusq; fructuum, non autem incarcerationibus, proceditur, *l. 2. C. de exact. trib. l. fin. ibiq; Gothof. C. de cap. & distrab. pign. trib. Thom. de collect. fol. 577. n. 30.* licet de consuetudine, persona moram, in solvendi collectâ, committens, prehendi, & donec solverit, detineri quandoq; possit: quod tamen in forensibus, casu quo collectari queant, nisi tali consuetudini consenserint, non procedere, ut personæ distringantur, sed res, & ejus fructus duntaxat auferantur, referunt *Anton. Narr. vol. 1. conf. 149. n. 18. conf. 158. n. 4. & conf. 157. n. 11. d. vol. 1. & Gail. 2. obs. 52. n. 22.*

Corollariorum loco disputationem duo hæc claudant *ἑτάμωτα*:

I.

Utrum, si mercator sub certâ mercede, vectori vel aurigæ merces vehendas tradidit, ipse autem vector, vel aurigæ à prædonibus spoliatus sit, mercatori damnum emendare teneatur? Dist.

II.

An Dominus territorij teneatur de robariâ, & rapinâ in territorio suo commissâ, ad damnum deperdato resarciendum? Dist.

P R Æ

PRÆSTANTISSIMO AC LITTERATISSIMO VIRO,
DN. JACOBO VARMEIERO, SS. LL.


Lytæ solertissimo, veri ac fynceri amoris ergò


MUNERA sunt hominum, sunt Munera multa Deorum:
Sive ONUS, OFFICIUM, seu quoq; DONA patet.
Muneribus totum complevit Juppiter orbem,
Et sua mortalis munera quisquis habet.
Qui sapit, attentâ versat sua Munera mente:
At sua perverse munera curat iners.
O te prudentem! bifidi qui munera Juris
Publicitûs magnâ dexteritate doces,
Et tibi concessum versas sub pectore munus
Ingenij, multa sedulitatis amans.
Sic benè perpendit Genitor sua munera quondam
Ille tuus, quem nunc suspicit Aula senem;
Dum sua Cattorum, ac Ubiûm, Nemetumq; per urbem,
Et Roseam fudit munera larga scholam.
Sic quoq; perpendit cantus sua munera Frater
Ille tuus, quem nunc pulpita docta tenent.
Perge modò Ausonij Civilia Munera lavis
Pandere; & ingenij manera volve tui.
Sic tibi, qua Patri, qua munera debita Fratri
Lyata Themis quondam contulit, alma dabit:
Munera multorum sunt illa brabèia laborum,
Qua cultor sacra larga Themistos habet.
Illa tuis pronus magnis conatibus opto
Munera: sint votis hæc pia prædata tuis.

hæc apposuit

JOHANNES DEIE J. U. D.

42 25





the scale towards document

4. *Mysf. cent. 5. obs. 22. n. 2.* cum collectæ in fe
præstentur, c. 2. de censib. c. magnum. ii q. i. *Gail. 2.*
ipaliter personis, rerum contemplatione, in
sonæ subditæ non sint, earum quoq; impositio
it. l. 6. §. fin. de mun. & hon. *Gail. 2. obs. 52. n. 13.*

LX.

ex privilegio, consuetudine, præscriptione,
ciliij, collectam non solvant, aut si summa
vel si bona sint tributaria, aut in æstimum
ata, forenses & extraneos, de bonis in territo
collectari posse, referunt *Narr. vol. 1. cons. 157.*
cons. 218. n. 3. Mysf. d. cen. 5. obs. 22. Gail. d. obs. 52.
. 82. VVinzl. de collect. obs. 12. n. 3. & seqq.

LXI.

quoniam Domino, pro feudo, personalia
an, oder Lehdienste / vel ad oim, tempo
gitur, eadem est assertio, ut, nisi etiam sub
tantis sit, præter limitatos in Forensibus casus,
Lison in l. placet. 5. C. de SS. Eccl. n. 4 lectur. 1. Ro
n. 2. & 12. Jus enim Vasallagij non reddit
Collecta autem est fructus, radix, ac funda
tis. *Egid. Thomat. tr. de collect. pag. 239. num. 19.*
ess. ii. n. 43. & vol. 3. cons. 49. n. 123. VVinzl. de
ecis. 4. n. 6. & 9.

LXII.

es, qui in fidem & clientelam Protectorum,
onorū, vulgò Schutz vnd Schirm Herrn di
unt, à Protectoribus, Defensoribus vel Pa
ri queunt; propterea, quòd jus Patronatus,
vocatæ, nullam Patrono, Protectori, vel Ad
tos, tribuat jurisdictionem; sicut vulgariter
Schirm gibt keine Obrigkeit. Ideoq; Clie
ndten / ratione Clientelæ, wegen Schirms
fficiuntur subditi, sed sub jurisdictione Ma
à manent, cui in omnibus, ut antea, parere
D
cogun-

076

Image Engineering Scan Reference Chart TEX3 Serial No.